



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 77. Secretiora a Bugna Renaudii Secretario tum capto prodita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

**Sæcul. XVI.** exercitus imperium, necnon Regni ad  
**A.C. 1559.** ministratio Guisio Duci a Rege fuisse  
 delata, acceptis hisce nuntiis Renaudius summa, qua poterat, celeritate  
 accurrebat: verum Castris - Reginaldi  
 sylvam prætervectus a Pardillano Avunculo suo Guisianæ Familiæ addictissimo,  
 quem Rex cum delectis equitibus ad  
 capiendos conjuratos submiserat, comprehenditur: moxque Pardillanus Renaudium  
 adesse intelligens, illum  
 sclopeto suo petit, eo autem ignem  
 non concipiente, dum alterum sclopetum explodere parat, a Renaudio mox  
 gladio transverberatur, eodem vero  
 momento Pardillani famulus, qui a  
 tergo Herisui subsistens catapultam globo  
 plumbeo instructam tenebat, Renaudium  
 trajecit, cuius corpus in urbem  
 delatum, atque in patibulo ad pontem  
 erecto suspendebatur, ejusque colosche-  
 da appensa fuit, cui hæc verba: *Rebel-*  
*lum caput,* erant inscripta, postquam  
 ergo diu confluentis populi spectaculo ex-  
 positus erat, corpus ejus in quatuor par-  
 tes dissectum, ejus vero membra variis  
 in locis extra urbem palis affixa ex-  
 ponebantur.

§. LXXVII.  
*Secretiora a Bigna Renaudii Secre-*  
*tario tum capto prodita.*

In

In eo conflietu Renaudius nonnisi duo- Sæcul. XVI.  
bus famulis erat stipatus , quorum A. C. 1559.  
unus nomine Bigna ei a secretis , alter  
autem a cubiculo erat , ambo tamen  
capti fuere , nec illos tum graviori pœna  
plectendos , minus vero trucidandos cen-  
febant nonnulli Guisianæ Familiæ a-  
mici , qui Pardillanum comitabantur ,  
eorumque clementia ad prodenda  
secretiora rebellium consilia plurimum  
conferebat ; Bigna enim quæstioni sub-  
jectus sigillatim cunctos conjurationis  
articulos , & clandestina consilia in Gui-  
sios Principes fabricata manifestabat :  
quinimo literas quoque arcanis notis  
conscriptas interpretari compellebatur ,  
afferens , in hisce literis comprehendi  
declarationem in Nannetenfi conventu  
factam , necnon libellum supplicem , quem  
Calvinistæ Regi in regni Ordinum co-  
mitiis porrigere intendebant , postulan-  
tes , ut mitigata edictorum severitate  
indictæ etiam pœnæ remitterentur . In-  
super interrogabatur Bigna , quinam  
præter jamjam captos alia essent præ-  
cipua conjurationis capita : præcipue  
vero circa Navarræ Regem , & Condæum  
Principem magis exacta habebatur quæ-  
stio : Bigna tamen duntaxat fatebatur ,  
se de Condæo inaudiisse , quod tunc , si for-  
tuna consilio adspirasset , & ipse se con-  
juratorum Ducem declarasset ; inde

B b 4

Gu-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

Guisiani Principes conjecterunt, Coliniūm Præfectum, & Andelotum ejus fratrem, arcta amicitia, & voluntatum confensione Condæo conjunctos absque dubio conspiracyis participes esse, quamvis Regina Regis Mater id minimè crederet, cum vero Guisii vererentur, ne primos hosce tumultus, quamvis sedati viderentur, alias magis periculosis exciperet: eapropter nullam reis veniam concedi postulabant, ut inferiorum Ducum supplicio potentiorum audacia coerceretur.

§. LXXVIII.

*Conjurati Ambasiam occupare tentantes.*

Ex adverso Olivarius Cancellarius reorum supplicia esse usque ad hujus conspiracyis exitum differenda censebat, veniamque illis concedendam, qui religionis caussa potius simplicitate, quam perverso animo armati confluxerunt, dummodo ab armis desisterent, atque intra viginti quatuor horarum spatum ad sua quisque remearent, nec etiam maiori, quam duorum, aut trium hominum comitatu sibi pati iter aggrederentur, ut hoc pacto omnem mali suspicionem a se amoliantur. Attamen dum hæc interea gerabantur, conjurati resumpto animo ex suis ducto-